



# Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCCXXXVII. Hermann, Markgraf von Brandenburg, verspricht die Stadt und  
Bürgerschaft zu Guben bei ihren hergebrachten Rechten und  
Gerechtigkeiten zu erhalten, den 1. Januar 1306.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

testimonium praesentes exinde conferibi, et Majestatis nostrae Sigillo iussimus communiri literas.  
Datum apud Nurenberg, XV. Kal. Septembris, Indict. III., Anno Domini M. CCC. V.  
Regni vero nostri Anno VIII.

Nach Künig, Reichs-Archiv (S. VI.) Part. Spec. Cont. I., Tbl. I., Forts. I., S. 12. 13. Czerwenka, Annal. p. 262. Pertz, Monum. hist. Germ. Leg. II. 486, 487. Buchholtz, Gesch. der Ehurm. IV. Aufh. 152 ff., am letztern Orte mit dem Datum XI. cal. Septbr. (22. Aug.) 1305.

**CCCXXXVII.** Hermann, Markgraf von Brandenburg, verspricht die Stadt und Bürgerschaft zu Guben bei ihren hergebrachten Rechten und Gerechtigkeiten zu erhalten, den 1. Januar 1306.

In nomine Domini Amen. Humane actiones a memoria hominum laberentur, si non litterali Testimonio firmarentur; fidele etenim Testimonium habet scriptura, que intereuntibus hominibus, ea, que sibi commendantur, non sinit aliquatenus Interire. Hinc est, quod nos Hermannus, Dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio et Dominus de Henneberg, Recongnoscimus et Tenore presencium publice protestamur, Quod Honestos et discretos Cives nostros uniuersos, In ciuitate nostra Gobbyn commorantes, nec non ipsam Ciuitatem Gobbyn, In eo Jure et iusticia Tenere volumus, quo Temporibus ab antiquis usque in hunc diem Jus et iusticiam eorundem tenuerunt seu usi fuerunt. Jam dictum Jus et iusticiam Jam dictorum Ciuium in Gobbyn in his Scriptis publice confirmamus, volentes ut a nobis, nostrisque Successoribus dictis Ciuibus nostris In Gobbyn, de cetero non infringetur. Vt autem Ratum et firmum permaneat, presentem dedimus paginam Sigilli nostri munimine communitam. Hujus rei Testes sunt Henricus pincerna, fredericus de aluensleue, Droyseko curie nostre Dapifer, nostri milites et vasalli, et alii quam plures fide digni. Datum Struczberg, per manus Slotekini, Anno millesimo Trecentesimo VI°, In die circuncisionis Domini nostri Ihesu Christi.

Wilkiei Teemannus Cod. dipl. p. 188.

**CCCXXXVIII.** Markgraf Hermann von Brandenburg erläßt der Stadt Lauban den Zoll daselbst, am 20. März 1306.

In nomine Domini Amen. Humane actiones a memoria hominum laberentur, si non litterali testimonio firmarentur. Fidele etenim testimonium habet scriptura, que intereuntibus hominibus ea, que sibi commendantur, non sinit aliquatenus interire. Hinc est, quod Nos Hermannus, Dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio et Dominus de Hennebergk, recognoscimus tenore presencium publice protestantes, quod ob reuerenciam Dei omnipotentis et honorem sue sanctissime genitricis Marie, et ob remissionem nostrorum peccaminum nostrorumque progenitorum animarum ob salutem, et propter petitionem nostrorum Ciuium in Lubano commorantium, et propter ejusdem Ciuitatis melioracionem, Renun-